

rit. Quam benevolentiam studiumque episcopi totius Hiberniæ cum in Maynouthiano conventu die 8 Septembris elapsi anni habiti cognovissent, et Summo Pontifici grates communi omnium nomine agerentur, solenni voto decreverunt. Nihil sane catholici Hiberniæ acceptius, nihil Pontifice dignius, quam ut templo Romæ illius nomine ædificando opera daretur, qui apostolatum in eâ insulâ auspicaturus ad Urbem totius orbis principem, ad cathedram veritatis ex quâ sacerdotalis unitas orta est, humilis accessit, unde scilicet missionem suam potestatemque universam ritè sanctique acciperet. Hic a Cælestino Pontifice evangelii apud insulæ illius ethnicos prædicandi Patritio facultas data est; hic ac Sepulcra Apostolorum episcopali consecratione auctus fuit, hinc profectus gravissimis laboribus ærumnisque fortiter toleratis terram antea idolorum cultricem verbo, virtute, miraculis ad veri Dei notitiam cultumque ita traduxit, ut Sanctorum insula deinde fuerit appellata. Itaque nullimode dubitandum, quin nemo e hibernis tam jucundâ recordatione non commoveatur, nemo sacræ huic Ædi adjuncticæ manum apponere renuat, cum ad ea tempora respiciens summam gentis suæ cum Romana Ecclesia conjunctionem in nobilissimo Patritii Apostolatu pervideat.

Hæc quidem ipse Pontifex ut singulis episcopis locorum in quibus hiberna gens degit suo nomine per me significarentur mandavit: eaque Amplitudo Tua fidelibus tibi commissis manifestare curabit, excitabitque omnium animos ut ecclesia Sti. Patritii in Urbe erigenda amplitudine et ornatu apostolici viri celebritati, dignitati hibernicæ nationis, ac civitatis ipsius decori apprime respondeat. Porro in votis esset primum ædificii lapidem ponere hoc anno exeunte in Solemnitate Jubilæi Sacerdotalis Summi Pontificis. Stipi autem colligendæ optima sese offeret occasio in proximo festo S. Patritii, quod hiberni toto terrarum orbe diffusi summâ cum lætitiâ celebrare quotannis consueverunt.

Interim Deum precor, ut fausta omnia ac prospera benigne Tibi concedat.

Romæ ex ædibus Sæ Congnis de Propaganda Fide, die 13 februarii 1887.

Addictissimus uti frater,

JOANNES CARD. SIMEONI, *Præfectus*.

† D., Archiep. Tyren., *Scrivus*.

Ordinations à l'église métropolitaine par Mgr l'archevêque de Montréal en date du 5 mars 1887 :

*Ordres-moindres*.—Mr J.-T. Sauriol, Montréal.

*Sous-diaconat*.—Mr J.-T. Théoret, Montréal; R. P. L. Héroux, S. J.

*Diaconat*.—MM. T. Nepveu, Montréal; J. O'Brien, Portland.

*Prêtrise*.—R. P. M.-T. Dugast, S. V.

6 Mars 1887. *Diaconat*.—Mr J.-T. Théoret, Montréal; R. P. L. Héroux, S. J.